

L E C T I O L X X X I I I I.

Super Distin. 49. & L. Ioannis Bacho. & Magistri, quæ sunt vltimæ, vbi agit principaliter de visione Beatorum in Cælo. An videant Deum facie ad faciem: Vbi faciam quatuor potissima.

Primum erit circa visionum gradus,	}	Tertium circa probationem, &	}	<i>Viso Beatorum.</i>
Secundum circa visionem facialem,		Quartum circa Examen.		
Quo ad primum de visionum gradibus: Dico quod visionum Dei gradus pro nunc sunt sex.				
Videlicet.	}	Corporalis,	}	Prima visio corporalis Dei, est quando Deus videtur à vobis, non in sua essentia, sed in creatura. Nam per creaturam, quæ est effectus maximus cognoscimus creatorem, & illa cognitio dicitur visio.
		Imaginarius,		Secunda Visio Dei dicitur imaginaria. Nam magnitudine, varietate, multitudine, virtute, & ordine creaturarum, imaginatur Deum immensum, potentissimum, sapientissimum, & optimum. Et hæc imaginatio dicitur visio.
		Specularis,		
		Spiritualis,		
		Suppositalis, & Vniuersalis.		

Tertia visio specularis Dei dicitur visio fidei, qua credimus Deum omnium rerum Auctorem. Et fides ista assimilatur visioni speculari. Nam sicuti in speculo, licet non videamus reale suppositum Imperatoris, tamen credimus illum infallibiliter, quoniam imaginem inspicimus, quæ non potest apparere in speculo nisi sit Imperator realiter ad extra existens: Sic in fide inhabitanter credimus Deum esse. Et ista visio dicitur esse animæ in corpore cum duabus præcedentibus de qua Apostolus. Nunc videmus per speculum in enigmate.

Quarta visio spiritualis dicitur esse manifesta apparitio diuinæ essentiæ ipsi animæ sine corpore in celo. De hac visione dicebat Apoc. 1. & 8. Nam in primo cap. inquit, quod in conspectu Dei sunt septem Angeli. In septimo, & in octavo dicit: Vidi subtrās altare animas interfectorum, &c. Subinde addit. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat stā. an. thro. Obseruo tamen, & dicantur subtrās altare, vt ostendantur duo potissima, videlicet.

Causa, & Prælatio.	}	Causa visionis, & Prælatio Regis.	}	Causa visionis fuerunt opera facta sub altare sacrificij, quod altare fuit Crux, & passio Christi. Prælatio est Christi imperium, quod coronas distendat.

Idem dicit Paulus: Cupie dissolui, & esse cum Christo. Id est in celo, vbi spiritus facialiter videt Deum sine corpore.

Idem Concilia quatuor, videlicet: Nicenum, Constantinopolitanum, Cæcedonen. & Ephesinum, quæ sunt tantæ fidei, & auctoritatis (vt testantur Eano. Distin. 15. cap. Canonēs) vti quatuor Euang. Nam fatentur Christum sedere ad dexteram Dei Patris cum Sanctis. Idcirco Ioan. Bacho. dicit, quod in Concilio Lugdun. artic. 27. Nuntij Græcorum in manibus Dominorum Prælatorum abiturunt, quadraginta, & tres errores, inter quos, 28. erat, quod animæ saluandorum, & damnatorum post mortem, nec illa licet fuissent purgare ab omni labe celum ingrediebantur, nec ista polluta descendebant in infernum, sed vt aues eglī erratise volabant, expectantes diem Iudicij, in quo bonæ ad celos ascendentes, malæ ad inferos, descendunt.

Hinc Ioan. 22. Pontifex Maximus, & Benedictus 12. fecerunt diploma super hoc anathematizantes illos qui aliud senserint contra hanc summam veritatem, vt patet apud Doctorem Carmelitā, Dist. 50. quaest. 2. ar. 3.

Idem August. in Sermo. de Beato Latro. inquit. Licet nominetur Latro, nihilominus Deum vidit oculis angelicis. Idem in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 5. Idem in Meditationibus. Idem Glossa super illud Ps. Nos fecisti mihi vias vitæ. Idem super Gene. lib. 5. cap. 15.

Idem ponunt Philosophi, licet in alijs malè sentiant. Nam dicit Doctor Distin. 50. Ar. 2. & idem ponitur à Beato Thoma 3. P. q. 92. Art. 1. quod Alpharabius, & Auempeche, docuerunt quomodo Animæ post mortem videant Deum clarissime. Certum est, quod intellectus humanus natus est abstrahere quidditatem ab omnibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Modo dum abstrahit quidditatem huius, & illius: Aut peruenit ad simplicem quidditatem: Aut non peruenit: Si peruenit, dicit, & simplex quidditas est Deus. Igitur videt facialiter. Si non peruenit denuo abstrahit, & quia processus infinitus non datur, oportet terminare in vltima.

Secunda ratio est cuiusdam Doctoris quem vocat Aneam Phecam. Inquit iste Philo. Intellectus enim procedit à communibus ad propria. Nam primum de aliquo concipit, quod est ens: secundo substantia: tertio corpus: quarto animal: quinto homo: sexto Socrates. Modo sic arguit.

Aut intellectus concipit aliquid materiale.	}	Non est dicendum, quod non intelligat, quoniam esset forma sine sua operatione, quod est monstrum in natura. Igitur concipit, & intelligit. Modo in intellectu. Aut completur, aut non completur.
Aut nil concipit, &		
Aut non completur.		

pletur, aut non completur. Non est dicendum, quod non completur, quoniam species materiales sunt finitæ. Si completur igitur peruenit, vsque ad vltimam speciem materialem. At cum species materia-

Apoc. 1. & 8. cap.

Dubium. Resolu. Altare quid dicit.

Concilio vni.

Ioan. 22. Bene. 12.

Latro Beatorum.

Alpharabius.